Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

125

eorum vivet in generacione et genera-
ciones sapientiam eorum narrant
populi et laudem eorum nunciet ecclesia
et sic patet que de hoc ad-
propositum habebantur. De remunera-
cione militum et distribucione
munerum capitulum xviii^m

Hoste prostrato fugato
et captivato prelium est
finitum et restat ut prin-
ceps affabilem se habeat erga eos
verbis et beneficiis qui viriliter
pugnaverunt ex hoc eorum animus
erigitur et ad parendum in re-
liquum facilius inclinatur. Unde prin-
cipi competit tribus intendere pertinen-
tibus ad hanc horam. Primum est
milites commendare cum graciarum accio-
ne. Secundum est virtutes eorum consi-
derare cum beneficiorum exhibicione.
Tercium et spolia participare cum
debita discrecione. Primum ostenditur
ii^o Regum xix. Ubi occiso absolon
david naturali affectu dolens
militibus se subtraxit ad quem
Joab princeps milicie sue dixit
diligis odientes te et odio habes
diligentes te et ostendisti hodie
quia non curas de ducibus tuis
et servis tuis et vere cognovi
in modo quia si absolon viveret
et nos omnes occubuissemus
tunc placeret tibi nunc igitur surge et
procede et alloquens satisfac
servis tuis. Juro enim tibi per
dominum quod si non exieris nec
unus quidem remansurus sit te-

cum nocte hac et peius erit
tibi hoc quam omnia mala que
venerunt super te adolescencia
tua usque in presens. Josephus libro
vii refert quod titus omnibus
belli partibus administrans lau-
dare cunctum cupiebat exercitum
prebens fortiter gestis debi-
ta viris fortibus premia pro sol-
lempne composito ante castra tribunali
stans eminencius ait se habere
magnam graciam pro benivolencia
qua erga se videndo perseverasset
laudabat quoque quod per omnia
bella morigeri fuissent quamquam
propelando fortitudinem in multis
magnisque periculis demonstras-
sent diligere quoque se ait omnes
que nemo alacritatem habuit vi-
ribus tardiorem et illos tamen qui ma-
iore vi clarius decertassent
vitamque suam condecorasset
fortibus factis et miliciam sua-
re bene gesta nobiliorem fe-
cissent dixit se honores
et premia redditurum nec ullum
eorum qui plus alio labora-
re voluisset iusta vicissitu-
dine cariturum magnam enim
huius rei fore diligenciam
quod magis vellet honorare
virtutes eorum qui milicie so-
cii fuissent quam penitere peccata.
Secundum complectitur duo
scilicet primo ut suis beneficia ex-
hibeat. Secundum ut subiectis
et devictis princeps se li-

Nota